



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorum Rituum Et Caeremoniarum

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

VIII. De introitu, Kyrieleyson, & Gloria in excelsis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459

§. II. Cūm dicuntur plures orationes, secreta & post Communiones, & vna ex iis sit eadem cum aliis, eo casu prima manet, altera mutatur; & ita accidit in praxi, quia Celebrans, qui non præuidit Secretas, dicit primam de sancto; mox aduertens secundam esse eandem, non potest mutare secundam. Sed mutatio de Dominica, aut Feria, aut de iis quæ sunt ad libitum fiet in proximè sequentem v.g. si fiat Officium de S. Martino Episcopo in Dominica 22. post Pentecosten, Orationes secretae sunt eadē: sed tunc Secreta Dominica 22. mutabitur in Secretam Dominicæ 23. & sic de alijs. Dicitur in Rubrica quod illa quæ eadē est, non alia mutetur, quia si prima oratio sit eadē, & secreta diuersa, nulla est ratio mutandi secretam: idem dicendum est de post-Communione.

TITVLVS VIII.

De introitu, Kyrieleyson, & Gloria in excelsis.

1. Introitus tempore eodem modo dicitur cum *Gloria Patri*, ut in Ordinario, præterquam tempore Passionis, & in Missis Defunctorum, ut etiam ibi annotatum est.

2. *Kyrieleyson* dicitur novies post Introitum, alternatim cum ministro, id est, ter *Kyrieleyson*, ter *Christeleyson*, ter *Kyrieleyson*.

3. *Gloria in excelsis* dicitur quandocumque in Matutino dictus est *Hymnus Te Deum*, præterquam in Missa Feriæ quintæ in Cœna Domini, & Sabbati Sancti, in quibus *Gloria in excelsis*, dicitur, quamuis in Officio non sit dictum, *Te Deum*.

4. In Missis Votivis non dicitur, etiam tempore Paschali, vel infra Octavas, nisi in Missis beatæ Mariæ in Sabbato, & Angelorum: & nisi Missa Votiva solenniter dicenda sit pro re graui, vel pro publica Ecclesiæ causa, dummodo non dicatur

catur
citur

§. I.
sancto
centia
cit inc
Sacere
visque
hic cit

§.
tiuus B
iam A
festi se
non ve
tari ve
nisi ex
Ecclesi
nibus

§. 3.
sto, eo c
tur, etia
eo. Non
etiam si
Congre
in Rub
qua cor
videlic
vniuer
ui; qua
Tit.XI.

§. 4.
rum Mi
dictum
cordan
Vigilia
etauam
sumptio
S.Laure

§. 5.
tiuus no
cunt An
omitten

ecreto &
cum alia
ccidit in
tas, dicit
esse can-
o de Do-
n fiet in
Martino
rationes
nicæ 22.
lijs. Di-
lia mu-
tuiersa,
lum est

catur Missa cum paramentis violaceis. Neque di-
citur in Missis Defunctorum.

ANNOTATIONES.

§. 1. Si ex graui necessitatibus causa fuerint Sabbatho *Gauantus*
sancto alias (præter publicum Summum Sacrum) de li- part. 4. tit.
centia Superioris celebranda Misla, eo casu forte suffi- 10. n. 43.
cit incipere à Confessione, quâ finitâ, sine Introitu, dicat & 44.
Sacerdos Kyrieleyson nouies, & reliqua cum vespereis
usque ad finem Missæ qua dere vide Gauantum, loco
hic citato.

§. 2. *Gloria in excelsis* dicitur in omnibus Missis vo-
tuis B. Mariæ quæ celebrantur in omni Sabbatho, et-
iam Aduentus, Quatuor Temporum, vigiliarum, seu
festi semiduplicis, licet non sit factum de ea Officium,
non verò aliis diebus extra Sabbathum etiamsi in Al-
tari vel Ecclesia B. Mariæ Virginis dicata celebrentur,
nisi ex priuilegio particulari quale dicitur concessum
Ecclesiæ B. Mariæ Virginis Lauretanæ, ut ibidem in om-
nibus Missis de eadem dici queat *Gloria in excelsis*.

§. 3. Idem *Gloria in excelsis* dicitur in Missa de San- *Gauantus*
cto, eo die quo in Calendario aut Martyrologio nota- loco citato.
tur, etiamsi non fiat Officium, nec commemoratione de
eo. Non dicitur in Missa in qua vtimur colore violaceo
etiamsi fiat pro re graui, & solemniter ex S. Rituum Congregatione 19. Maij 1607. & expressè habetur hac in Rubrica suprà n. 4. Res autem grauis censetur pro qua conuenit totus Clerus cum Episcopo in Ciuitate videlicet, vel alio in loco, vbi populus conuenit cum vniuerso Clero, solenniter pro publica causa, vel re graui; quænam censeatur publica causa habetur infra: Tit. XI. §. 5.

§. 4. Non etiam dicitur *Gloria in excelsis* in Vigilia- *Gauantus*
rum Missis quæ veniunt infra Octauas, sicut in Officio loco cit. lit.
dictum sit *Te Deum laudamus* quia hæ Missa non con- c.
cordant cum Officio. Et habetur hic ritus in Missali in
Vigilia Apostolorum Petri & Pauli, quæ venit infra O-
ctaum Nativitatis S. Ioannis Baptistaræ & in Vigilia Assumptionis B. Mariæ Virginis, quæ cadit infra Octauam S. Laurentij.

§. 5. Errant grauiter qui ferè in omnibus Missis Vo- *Gauantus*
tuis non solum B. Mariæ Virginis, sed etiam alijs, di- loco citat.
cunt Anglicum Hymnum *Gloria in excelsis* & illum sub num. 4.
omittendo maguam iniuriam inferri isti Sancto pu- tan

24 Compend. Sacr. Rituum. Pars I. Tit. IX.

tant in cuius honore Missam votiuam celebrant, hoc suam particularem deuotionem præferentes a thoritati Ecclesiæ aliter mandantis, & nullam facientes inter commemorationem & solemnitatem diffrentiam, quam omnes utique facere tenentur quidilicunt decorum domus Dei. nam sicut decor est illum in festiuitatibus recitare, ita decor est priuatis diebus illis omittere, ut appareat differentia inter solemnitatem & commemorationem, iucundius etiam in festiuitatibus suscipitur, quod in profectis suppressum tacetur.

Gauantes loco eis, sub lit. Z.

H. 6. Idem porrò Hymnus *Gloria in excelsis* tum in Missis priuatis, tum solennibus, tum etiam in Choro uno eodemque modo dicendus est, non additis amplius ijs verbis, quæ multis in Missalibus habentur, & ante Pium V. Pontificem Maximum in dicto Hymno Sacerdotibus in honorem B. Mariæ Virginis addebandunt videlicet *Domine fili unigenite Iesu Christe Spiritus tuus alme orphanorum Paraclete, Domine Deus, Agnus Dei filius Patris Primogenitus Mariæ Virginis Matris, Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram. Ad Maria gloriam. Qui sedes ad dexteram Patris miserere nobis. Per Mariam meritum. Quoniam tu solus Sanctus, Mariam sanctificans Tu solus Dominus, Mariam gubernans, Tu solus altissimus, Mariam coronans Iesu Christe.*

TITVLVS IX.

De Orationibus.

1. In festis Duplicibus dicitur una tantum Orationio, nisi facienda sit aliqua commemorationio, ut dictum est supra.

2. In festis semiduplicibus occurrentibus ab Octaua Pentecostes usque ad Adventum, & à Purificatione usq; ad Quadragesimam dicitur secunda Oratio *A cunctis, tertia ad libitum.*

3. In festis semiduplicibus occurrentibus ab Octaua Epiphaniæ usque ad Purificationem, dicitur secunda Oratio, *Deus qui salutis; tertia Ecclesia, vel pro Papa, Deus omnium fidelium.*

4. In

nerum
Orati
s. que ac
de Fe
6. vsque
ria, Ce
7. curre
tertia
tur.
8. Missa
nes, v
9. l
nantu
Pente
de S M
Octau
omni
Spiritu
pro Pa
10. bus di
secund
tantur
morat
11. rio aff
locis n
12. nisi al
vt in f
dicise
13.